



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De iis quae in Aegypto acta sunt. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

varias illarum etiam incursiones, ense obtruncati fuere,
& marinis fluctibus sepulchrorum loco mandati.

De iis quæ in Aegypto acta sunt. CAP. VIII.

TAlis fuit Aegyptiorum pugna qui Tyri pro vera
pietate, præclara certamina obierunt. Illos autem, qui
sunt in ipsa Aegypto patria sua martyrio defuncti,
nemo est, qui non magnopere admiretur. ubi viri cum uxori
ribus & liberis numero prope infiniti, pro seruatoris no
stræ doctrina, vita fragili & breui temporis momento du
ratura penitus neglecta, varia mortis genera subierunt.
Quorum alij post cuticulam nouaculis lacerata, post mem
bra luxata & distorta, post corpora flagellis acerbissimis
laniata, aliisq; infinitis, variis & dictu horredis tormentis
excruciata, in igne tandem iniecti fuerunt. Alij in altu pelas
gus precipitati: rilij lictoribus sua capita amputada fideti
animo obiecerunt, alii occubuerunt, ipsis cruciamentis op
pressi: alij fame confecti interierunt: alij rursus patibulis
suffixi: quorum nonnulli tanquam malefici suspensi, alij
deteriore modo, capite in terram demisso, clavis firmati
& viui usque eo seruati, quoad ipsis patibulis fame con
tabescerent.

De iis quæ in Thebaide acta sunt. CAP. IX.

NVlo dicendi genere explicari potest, quænam ver
bera, quas ærumnas, martyres in Thebaide exantla
rint, testis acutis vngularum loco admotis, per to
tum corpus ad extremum spiritum dilacerati. Mulieres au
tem uno pede alligatae, sublimes in aerem capite deorsum
statuto, quibusdâ machinamētis attractae, nudis omnino
& detectis corporibus, spectaculum fœdissimum, crude
lissimum omniū, & ab omni humanitate alienissimum intu
entiū oculis exhibuerunt. Homines rursum arboribus &
earum ramis astricti perierunt. Nam cum duos ramos robu
ssimos illos quidem machinis quibusdâ in unum attraxiſ
sent, ad utrumque illorum, martyrum crura distinientes affli
gentesq; eos impetu quodam denuo pro natura sua distedi,
diffundiq; dimiserunt: sicq; illorum membra in quos ista ex
cogitabat, repente impetu distrausta fore suspicari sunt.
Neque hæc certe fuere ad paucos dies, aut ad exiguum tem
pus, sed diu admodum, ad amorem integrorum spatiū, conti
nuat